

CLOTHARIUS 2. FRANCORVM REX.



Clotarius filius fuit Chilperici regis Suessio num ex Fridegunda uxore. Patrem amisit natus quatuor menses, unde Gunthramus patruus rex Burgundiae eum in suam tutelam recepit, atque omnibus uirtutibus honeste educauit. Eo autem defuncto cum Childeberto patruere pro Burgundia ferè puer decertauit, atque uictoriā obtinuit. Interea Brunehildis scelere multi reges & principes Francorum inter se committuntur & bello intestino intereunt, ita ut etiam nepotes Theobertus & Theodericus ab auia incensi, se mutuo bello conficeret, & quisq; solus rebus præf se statuerit. In eo bello Theodoricus à fratre in urbe Colonensi occisus, & cū tota posteritate sublatus fuit. solo Sigisberto puer excepto, qui clām surreptus, in Franconiam Vuitzeburgum deportatus fuit. ex quo postea Habsburgensium familia celebris originem habuit. Hac ratione factum ut Clotarius in Francia, Burgundia, & Austrasia Monarcha factus, solus rerum potitus fuerit. Is ergo in Burgundiam cum exercitu profectus, Brunehildim pacifice ad se uocauit, atque eam increpatā, & indomitorū equorum pedibus ligatam, discerpi, & igne cremari iussit. sicq; illa ob ueneficia & uaria scelera poenas dedit.